



Ioannes Stabius fœlicissimo ingenio fuit prædictus. Itaq; in omni genere literatum se exercuit, & in primis Poeticæ, Mathematicæ, Medicinæ, & Historiæ operam dedit. In ijs etiam adeò profecit, ut cum doctissimis uiris conferretur. Id cum Maximilianus Cæsar perceperisset, eum per Ioannem Cuspianianum anno millesimo quingentesimo secūdo in celebri Viennensi Academia Poetam laureatū constituit et suum Historicum elegit. Ut ergo Ioannes se gratum declararet, Habsburgēsem familiam suis scriptis plurimūm illustrauit, & res Austriae abstrusas patefecit. Postea quoq; Mathematices studium plurimūm auxit & adiuuit. Nā Horoscopiō uniuersale lineis helicis, item aliud lineis columnaribus confecit, par ratione multa alia scripta posteritat reliquit. Vt Instrumētum ascendentis cum dominis & stellis fixis, ad diuersas eleuationes. Instrumentum horometrum ad omnia climata cum uario usu. Compositionem metroscopij, pro accipiēda longitudine ciuitatis ignota, compendiosiori uia quam Ptolomæus habet. Compositiones uariarum projectionum uniuersalium Ptolomæi pro toto globo. Varias chartas chœrographicas, propriā peregrinationis illustratione depictas. Descriptionem uariorum modorum pingendi tabulas Cosmographiæ Ptolomæi, ex ueris principijs artis picturæ. Modum distantias miliariorum inter diuersa loca uarijs instrumentis mensurandi. Modum constituendi tabulas Cosmographiæ, quo tam ab uno loco, quam à diuersis, ad diuersa loca distantia miliariorum rite inueniatur. Constitutionem tabulae cosmographiæ, sub quo gradu signi, & cuius planetæ dominio quæuis habitatio sit subiecta. Modum faciendi horologium lunare ad quamcunq; eleuationem & superficiem in lineis helicis. Scripsit & alia plura Mathematica, & quædam carmine, quædā prosa, quibus ingenij sui acumen abunde satis posteritati declarauit. Cum hoc modo Stabius magnam uirtutis opinionem sibi conciliasset, & Viennensem scholam plurimūm exornasset, tandem obiit, & honestam sepulturam meruit. Con. Ges. in Biblioth. Vu. Lazius.

uniuersale lineis helicis, item aliud lineis columnaribus confecit, par ratione multa alia scripta posteritat reliquit. Vt Instrumētum ascendentis cum dominis & stellis fixis, ad diuersas eleuationes. Instrumentum horometrum ad omnia climata cum uario usu. Compositionem metroscopij, pro accipiēda longitudine ciuitatis ignota, compendiosiori uia quam Ptolomæus habet. Compositiones uariarum projectionum uniuersalium Ptolomæi pro toto globo. Varias chartas chœrographicas, propriā peregrinationis illustratione depictas. Descriptionem uariorum modorum pingendi tabulas Cosmographiæ Ptolomæi, ex ueris principijs artis picturæ. Modum distantias miliariorum inter diuersa loca uarijs instrumentis mensurandi. Modum constituendi tabulas Cosmographiæ, quo tam ab uno loco, quam à diuersis, ad diuersa loca distantia miliariorum rite inueniatur. Constitutionem tabulae cosmographiæ, sub quo gradu signi, & cuius planetæ dominio quæuis habitatio sit subiecta. Modum faciendi horologium lunare ad quamcunq; eleuationem & superficiem in lineis helicis. Scripsit & alia plura Mathematica, & quædam carmine, quædā prosa, quibus ingenij sui acumen abunde satis posteritati declarauit. Cum hoc modo Stabius magnam uirtutis opinionem sibi conciliasset, & Viennensem scholam plurimūm exornasset, tandem obiit, & honestam sepulturam meruit. Con. Ges. in Biblioth. Vu. Lazius.